

proposita, cuius tamen summa & vis est hæc: posita causâ formalis Deus non potest impediens effectum; quod si ipsi respondeas hoc non esse verum de effectu secundario formalis, qualis est expulsio forma præexistentis. Instat: Quando effectus secundarius formalis est maximè intimus primario, estque priuatius, tunc non potest diuinus impediti, in presenti autem expulsio forma est effectus maximè intimus forma aduenienti, estque priuatius. Ratio est, quianisi forma adueniens expelleret præexistentem, non posset dare esse composite simpliciter, nec esset actus primus, nec faceret compositem per se: at repugnat, quod non datur esse simpliciter composite, & non sit actus primus, nec faciat compositem per se, cum ergo forma adueniens non possit hæc habere, nisi expellatur prior, & tamen illa omnia debeat habere, alioquin non esset forma substantialis, sequitur contradic̄tio, quod ingrediatur materiam, quin prius forma prior substantialis discedat.

Rsp.

Respondeo falsitatem huius rationis evidenter patere ex responsione ad instantiam factam ab eodem Collegio Complut. ad secundam pro resolutione rationem. Dicendum itaque est illum effectum secundarium non esse intime dependente à primario, quia etiam si non expellatur forma præcedens, non tamen desinet forma adueniens esse actus primus, & dare esse composite simpliciter, & cum materia facere vnum per se, ut vidimus in responsione ad instantiam contra secundam rationem. & ex parte in responsione ad instantiam ad primam pro resolutione rationem.

Obij. secundo.

Obij. secundo: Non potest vna forma duas informare materias, ergo nec vna materia à duabus formis poterit informari: Probatur antecedens: vel informaret per nouam virtutem aduenientem, vel per veterem: non per veterem, quia per veterem non erat potens, nisi vnam informare, si enim fuisset potens informare plures, potuisset naturaliter informare plures; non etiam per nouam, quia illa noua foret semper pars integralis forma, quod autem sit pars integralis, habet à quantitate, quantitas vero cùm sit accidentis, non poterit dare vim substantiali ad informandam duplum materiam. Deinde forma, licet maior sit, cùm tamen sit vnicā, habetur, quod possit quidem maiorem materiam informare, non tamen duplum, quandoquidem est tantum vnicā, id est que si materia sit vnicā, non poterit à duabus formis informari.

Rsp.

Respondeo: Quod si Collegium Complutense consoluisset Ruuium tractatum de forma quæst. 8. vidissel hanc suam rationem sufficienter solutam, quæ in lumina hæc est, virtus eleuata non est magis potens, quam non eleuata, ergo, etiam si virtus informans eleuatur à Deo, non poterit tamen dare materia, nisi propriam virtutem. Respondet enim Ruuius, quod eleuari dupliciter contingit, nimirum vel ad efficiendum, vel per modum applicationis ad caualitatem exercendam, & proprium effectum præstandum, hoc est quod possit forma eleuari circa plures simul effectus præstandos: licet pri-

mo modo virtus eleuata non habeat maiorem virtutem, quam non eleuata, attamen secundo modo maiorem virtutem habet, id est plures effectus, quos poterat naturaliter successivè praestare, eleuata simul illos praefat: unde non attribuitur maior virtus quoad entitatem, benè tamen quoad applicationem, igitur id simul eleuata præstabat non per nouam virtutem caualitatis, sed per nouam virtutem applicationis.

Obijciunt alij: Complectus appetitus non potest amplius compleri, sed materia, vna formaliter substantialis informata habet appetitum suum complectum, ergo non potest amplius per aliam simul compleri.

Respondeo duplum esse appetitum ad formam in materia, naturalem scilicet, & obedientialem, seu intensum, & extensum: vnu quidem est appetitus materia ad formam vnam simul, & semel tantum habendam naturalis, & intrinsecus; at obedientialis, & extrinsecus est ad plures formas simul habendas: ratione ergo huius posterioris appetitus Deus potest facere, ut duas forme informent eandem numerum materiam.

Obijcit præterea primo Petrus Niger: Sicut se habent sensibilia, ita & intelligibilia: sed duo sensibilia, ut puta duas figure non possunt divinitus esse in eodem subiecto, ergo nec duas substantias, quæ sunt duo intelligibilia, poterunt esse in eadem materia. Maior videtur certa experientia, nam à sensibilius ad intelligibilia manu ducimur, minor vero probatur: In eodem corpore non potest esse simul, & semel figura triangularis, & quadrangularis.

Respondeo esse disparitatem; quia vnum corpus non potest esse duplex figuratum, materia vero poterit esse in duplo complicito. Deinde poterit dici duplum posse esse figuram in eodem corpore diuinitus: que responsio est vera secundum eos, qui tenent figuram, & rem figuratam distinguere, illi vero, qui tenent non distinguere, id est dicentes vnum corpus non posse habere nisi vnam figuram, quia cum figura sit propria terminatio corporis, ipsique ita intima, adæqua, & inseparabilis, non poterit vnum corpus nisi vna figura terminari, & cum vnum corpus habeat actualliter vnam figuram non amplius retinet potentiam naturalem ad alias, sed materia habens vnam formam retinet potentiam naturalem ad alias: verius tamen existimare vnum corpus diuinitus posse habere duplum figuram, sicut nec repugnat vnum corpus esse calidum, & frigidum, ut postea dicemus in fine huius partitio[nis].

Obijcit secundo: Omnis actus perficiens suam potentiam, ipsius totaliter occupat, & continet, sed susceptivum occupatum, & repletum nihil suscipit, quoque evanescit, ergo cum forme substancialis habeant idem susceptivum, impossibile est, ut materia suscipiat vnam formam post aliam, nisi alia prius abieciat. Minor patet, major probatur, quia de ratione actus est perficere, terminare, ac completere suam potentiam,

E

Respondeo

Obij. secundo.

Obij. secundo Petrus Niger.